

Ann. V.

Num. XVI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis, Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.
NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis Apóst. et S. Rituum Congr.
Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES
MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

DIE NOMINALI LEONIS XIII P. M. Carmen de concordia ecclesiarum	P. Angelini.
ADOLESCENTUM INSTITUTIO A PARENTIBUS PERFICIENDA	A. Bonuccelli.
MEDICINA « CIVILIS »	P. Alt.
DE RUSTICATIONE	H. D. V. Pieralice.
LEONIS PP. XIII VITA RUSTICANA	H. P.
MARIAE STUART, SCOTORUM REGINAE, MYSTERIUM	A. Costaggini.
Ex MORAVIA. Opus « vere monachicum »	M. Kinter.
FABULAE SELECTAE FONTANII a IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE	Fr. Xav. Reuss.
DE « SYMBOLISMO »	Senior.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES	I. F.
DE GERMINANTIBUS ET FLORIBUS ANIMADVERSIONES NOVAE	M. Lani.
ANNALES	Propoplicola.
AENIGMATA	A. E. De Druffel.

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMI.

In tertia operculi pagina:

VARIA: Corallinae rupis antiquitas. - De Ioachimo Rossinio. - Ex ore
iudicium P. d. V.

EPISTOLARUM COMMERCIIUM A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMI

AD MAGIS MAGISQUE

“VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

In
Lib.

NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius consociationis ratione frui volunt, nulla interposita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite mittant ad*

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII “VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

 Ca
Ramu
Dissic
Aurea
Dulce
Conste
Hue
Et tec
Huc g
Tertiu

Cin
Ingent
Grand
Cogere
Palanc
Stant
Liberto
Et eul
Mult
Presser
Et sup
Cum re
Quaque
Divisos
— «
Aeterni
Roma
Sanguin
En ego
Ad vos
Iustitia
Nec pel
Non at
Omnia
Tempori
Callidit
Igneal
Fumeus
Assibil
Et quid
Radit it
Omnia i

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DIE NOMINALI LEONIS XIII P. M.

CARMEN

DE CONCORDIA ECCLESIARUM

Fiet unus ovile et unus pastor.
Io., X, 16.

*Candida musarum nutrix, cui mitis olivae
Ramus et adsurgit molli de cortice spica,
Dissidiis inimica feris odiisque cruentis,
Aurea corrupto ducis quae saecula mundo
Dulce canens magnos Augusti Caesaris ortus
Constantique genus, quo vindice Roma quievit,
Huc niveis, Pax alma, veni placidissima pennis
Et tecum iunctis felix concordia dextris;
Huc gressus Pax alma feras, te namque morantem
Tertius a decimo Leo votis urget anhelis.*

*Cinxerat Ille recens triplici diadematate frontem,
Ingentesque ausus animosaque copta secutus
Grande morebat opus, si quando posset in unum
Cogere Pastor oves, noto quas gramine abactas,
Palantes error certo de tramite flexit.
Stant animo fixae gentes, quas vana subegit
Libertas sacrata Petri dissolvere iura,
Et cultu spoliata Fides atque agmine denso
Multus odii concreta modis mala semina diris.
Presserat haec caeco veluti nox longa sopore,
Et super antiqua cubuerunt saecula lite;
Cum vox audita est ingens qua mergitur alto,
Quaque coloratis effert se Phoebus ab Indis.
Divisos revocantis erat vox illa Leonis.*

*— « O male deductae septis felicibus, — inquit, —
Aeterni Pastoris oves, huc tendite gressus.
Roma manet terris nomen fatale regendis
Sanguine tineta Petri: Romam concurrende gentes.
En ego trans gelidas Alpes pontumque sonantem
Ad vos protendo palmas cum voce seniles
Iustitiae pacisque dator placidaeque quietis.
Nec pelagi mediis iter intercluditur undis,
Non atlanticis humeris, nec igne nec aurā.
Omnia iunxit Amor iungi quae posse negares.
Temporis ac spatii leges humana fefellit
Calliditas nigro subducens fulmina caelo,
Igne verba, quibus voces sensusque patent.
Fumeus effreni currum rapit impete vortex,
Assibilans armenta boum terrasque fugaces.
Et quidam insolitis raptus super aethera pennis
Radit iter liquidum scythicasque enavit ad Arctos.
Omnia iungit Amor, nec dissociabile quidquam est.*

*At vos, ceu nubes ventis discordibus actae,
Nunc huc nunc illuc errantes ibitis? Una
Si patria est laudi, sit cur non una fidesque?
Si vos libertatis agit tam dira cupido,
An maior quam quaē multorum sanguine parta
Et nece libertas, tarpea vincula ruimpens,
Vecta triumphali petuit Capitolia curru?
Illius inscriptum sublimi in vertice saxy:
Libertas heic vera Crucis, duce et auspice Petro:
Roma salus populis: Romam concurrende gentes. »*

*Dixerat, et vasti subito trans caerulea ponti
Fama volat summique refert pia verba Leonis.
Bosphorus attonitas refluo dedit aequore spumas;
Optavit socias Tanais sibi Tybridis undas.
Dives odoratae messis Panchaia tellus
Arsit Clitunni tauros latiosque racemos.
Ipsa suas agitans generosa Britannia nubes
Iucundo Italiae caelo subrisit et arvis.
Fallor? an incipiunt flavae splendescere messes
Et Domini largo pubescere vinea foetu?
O decus Ausoniae, doctae quem flamma Minervae
Urit et aetherio Sapientia nectare paseit;
Hernica cantanti cui saxa arcusque Quirini
Demisere caput, quis Marsya dicere falsis
Audeat auspiciis ductum te vana precari?
Forsitan ad sacros latices Aganippidos undae
Musa docet iuvenes, me iam labente, poetas
Dicere carminibus, quot spiritus iste Leonis
Igneus afflando vitae revocaverit auras,
Unius atque unum pastoris ovile referre.*

*At Te, Magne Pater, trepidi spes unica mundi,
Seu frenas populos regesque in bella ruentes,
Seu prodis, vasta sub rerum mole laborans,
Ingenii monumenta et sancti pectoris artes,
Seu Sophiae indulges, citharam seu tangis eburnam.
Ne Te sublimi rapiat cita Gloria curru.
Nomen et acta quidem mature inscripsit Olympo:
Ast iter illa tuum strictis remoretur habenis.
Hunc splendere diem seros patiatur in annos
Et Ioachim festis velari frondibus aram.
Grandia coepita manent: votis non ante solutis,
Ne cognata Tibi rutilantia sidera tangas.*

PETRUS ANGELINI.

ADOLESCENTUM INSTITUTIO
A PARENTIBUS PERFICIENDA.

Ad studia bene recolenda neque litterarum ludos, vel optimos, condere, nec praecceptorum peritia et sedulitas omnino sufficiunt; aliud requiritur, idque maximum, domestica in litteris exercitatio, parentum in liberos vigilancia. Tantumne? Immo vero, qui adolescentes docendo multos annos consumpsi, illud contendendo, disciplinarum omnium tum incrementum, tum deciduum parentibus imprimis esse referendum. Re quidem vera, equis est tam rerum ignarus, tamque rudis, qui non videat omnia disciplinarum genera studio et exercitatione crescere, et in apertum maxime prodire? Peritum habemus nautam, qui saepius fuit in medio mari a tempestate deprehensus; prudentem ruris colonum, qui in agris colendis incanuit; expertum militem illum, qui iterum atque iterum cum hoste manus conseruit. At nunc quid praecepsit seholarum tempus? Quid scholastica tantum in litteris exercitatio? Vos non latet, qui legitis, quanta sit eiusque disciplinae magnitudo, quam sit exiguum puerorum ingenium, et in quanta rerum varietate versari ipsi cogantur. Arduum iis mehereule grammatices elementa; difficilius memoriae mandandum quidquid illa in se habet difficultatis, syntaxis, eruditio; difficillimum porro quod humaniores litterae complectuntur. Quae omnia ut penitus absolvantur, sensuque gustentur, multum et temporis, et diligentiae, et assiduitatis depositur. Etenim, ut ait Quintilianus, haec non tam ingenio, quam studio; non tam naturae felicitate, quam laboris diuturnitate assequi possumus. Quid igitur nobis ludi magistris per breve studiorum tempus quod nobis publice conceditur? Prima inicimus virtutum semina, imperitis veluti facem extollimus, viam signamus, aemulationem incendimus; sed haec elanguescat omnia, atque deficiant necesse est, nisi intra domesticos parietes excolantur. Etenim ut agrorum indoles ad fertilitatem ac segetes accommodata non est, nisi agricultarum manus accesserit, neque umquam quod sparsum exceptit gremio semen diffundit, neque viriditatem elicit, neque fruges emittit; ita profecto artium studia sine domestica institutione et cultu esse non possunt. Quod si res ita se non haberet, stultus ergo M. Cicero, vir ille eloquentissimus, quem adolescentem, ut ipse de se testatur, neque otium ullo umquam tempore a libris astraxit, neque voluptas avocavit, neque somnus retardavit. Stultus et Demosthenes, qui domi usque inclusus meditatione eloquentiam, sermone stylum, exercitatione memoriam excellebat. Stulti omnes illi summi viri, qui ne otium quidem a pueris sibi otiosum esse voluerunt!

At longe aliter res est pandenda. Hisce nos exemplis edocemur, scholasticam tantummodo exercitationem adolescentibus sat omnino non esse. Quorummam igitur nisi parentum erit adolescentes domi ad laborem impellere, mentes exacuere et currentibus calcar adiuvare? Evidet? Num fore aliquando putes, ut tirones ipsi per se ad litteras excitentur? Ut otio ac voluptatibus abdicias ad laborem, ad vigilias animum intendant, atque desudent? Meliora ipsi bene vident, ac vel inertia, vel pravae consuetudinis

natura ad deteriora se convertunt. Testis rerum experientia. Quid, si hue accedat temporum inclinatio, mores inversi, socii perditi, et quaedam exegitandi ratio, quae a philosophis litterarum labes merito praedicatur?

Dicet fortasse quisquam: Quid? Illi ipsi praeclari adolescentes, quorum virtutes passim celebramus, istane domestica institutione, quam tu adeo laudibus effers, eruditu fuere? Numquam ego negavero, quod experientia deprehenditur, complures excellenti animo existisse adolescentes, et naturae quodam divino habitu praeditos, qui ad doctrinam ipsi per se contendunt. Etiam illud adiungo, quandoque in amoenioribus studiis recensendis, et rerum reconditarum investigatione naturam magis, quam alienum valuisse incitamentum. Verum ita semper iudicavi, sublata domesticorum vigilantia, aut medio cursu eosdem resedisse curarum defatigatione confectos, aut rerum difficultate deterritos alio se convertisse, quo et otium, et res, et voluptas avocaret.

Argumentatione hic iam opus non est. Historiam tum veterem tum recentiorem evolvamus: temporum antiquitatem consulamus, et facile detegemus artes omnes, quamvis optimis ingenii et praestantissimis abundant praecitoribus, paullatim tamen concidisse ea maxima de causa, quod domestica institutio dissolvi videretur. Testis universa Graecia, quae tantopere viguit in quovis disciplinarum genere quamdiu Solonis illius viri, longe omnium prudentissimi, viguerunt leges; a quo ut Athenaen privata publicae responderet institutioni satis caustum ac provisum fuit. Testes romani illi patres, qui sapientissime indicantes tum rem publicam optimis usuram civibus, eum a pueris optime informarentur, omne ius et potestatem in liberos parentibus tradiderunt. Testis, ut propria nobis attingam, sit illius sextodecimi saeculi memoria, quod in optimis semper aperbeatis recenseri oportet. Quae tum studiorum ratio? Quae domestica iuvenum institutio? Ludo et solatiis - ait Tyraboschius, - id temporis tribuebant quod animum tot laboribus defatigatum atque deiecum reficeret. Mirum porro si quem in triviis stantem vidisses, aut per medium forum volitantem languidiore incessu, capillo unguentis delibuto et bene pexo, barba in momen tonsa, et tunica extra morem elegantiore. Magnum, ac non ferendum, si quis ementito colore diem unum e schola aberrasset, aut oscitans interfuisset! Praecitoribus et parentibus una erat mens, idem animus, eadem adolescentibus bene informandis conspiratio. Atque hinc ille tantus et in Graecia et in Latio litterarum, artium omnium splendor: hinc illa ingeniorum portenta: hinc eruditorum lumina, quae animos nostros et admiratione afficiunt, et quodam erga illos studio devincunt. At postquam labor otio locum cessit, et parentes magis rei, quam filiorum institutioni inservire coeperunt, tunc omnes artes, quamvis pulcherimas et liberalissimas, abiectas prorsus ac prostratas vidimus. Inde si recte indicare velimus, illud nobis erit fatendum, tum deciduum, tum litterarum lumen parentibus magna ex parte esse tribendum.

Itaque parentes optimi magistris nobiscum adlaborent, animum intendant ut domi etiam

ipsorum liberi per ipsos instituantur, informentur. Nobiscum in optima haec studia conspirent: apud eos enim imprimis res est summa, minor apud nos; plura eos per nos, nihil nobis sine ipsis.

A. BONUCCELLI S. P.

MEDICINA « CIVILIS ».

BAVARICA respublica mox disciplinam in Monacensi athenaeo instituit de tutanda sanitate in industriis artibus atque de « civili » medicina: quae quidem primum posita medicina veluti pars universae doctrinae est recognita. Eius consilia atque metu Vilhelmus Hanauer in diario *Frankfurter Zeitung* exposuit, eam nempe esse quae bonae totius populi valetudini prospiciat, morbos antequam adveniant arceat, reipublicae atque civitati in provehendis civilibus viribus una adlaboret. Est liber quidam, annales recensens auxiliorum, quae in infortuniis publicis a mediceis praestantur, unde patet eius ponderis nova haec disciplina censeatur. Lex, quae in aegrotantium tutelam lata est, operariis aegrotantibus optime prospicit; provido enim iure est factum, ut operarii infirmitate correpti melius eurentur quam medii ordinis cives, ipsisque civitas adsit mediceis, medicaminibus, balneis, pecunia denique, qua acceptum ex intermisso opere detrimentum sanciat. Insuper eorum prompta curatio morborum ne forte diffundantur germina optime providet. Qnod si ipso in opere mala sorte plectantur, latorem ambitum medici labor occupat. Lex ad rem edita chirurgi auxilium apte ad rem dispositus, quo non tam eurentur, puta, opificis fraeta erura, sed eius vires pro posse labori sustinendo pares serventur. Quocirea post instaurata membra, etiam valetudinarium opificem curari publicis impensis oportet, indeque de curandis ossium fracturis non parum perfecta ratio, atque nova soliditia medicorum et officinae, quae instrumenta apta eurationibus conficerent, constituta.

Lex in hoc simul incubuit, ut morborum causas deterget; saepe enim quaestio propontitur medico, utrum ex accepto ipso in labore vulnere morbus convaluerit, quam nec facilem saepe nec apertam esse medie experintur. Aeriori itaque studio his enodandis dubiis medici vacarunt, ut hodie rei peritis licet causam morbi tute dignoscere, etsi haud proximam, etsi occultam atque interdum quoque simulatam.

In tuenda autem publica valetudine plurimae hisce temporibus latae leges ut contagia pellantur, ut animantium esculentae carnes recognoscantur, licet non pauca adhuc cavenda sedulo superfuerint de cadaveribus secundis, de puerorum contagiis, de fossorum discriminis, qui in foveis adlaborant, de opificibus qui vitra conficiunt.

Medicina « civilis » iuribus quoque inservit, iis praesertim, quae de eriminosorum hominum poenis inquiruntur; huiusmodi enim dubia et quaestiones novam semper operam expetunt, eiusque disciplinam Germani iam sub Italis cum laude accipiunt. Denique in civili medicina etiam leges quae contra inflammantes potus, quae contra malos mores feruntur locum obtinent.

Huius
lere hoc
ignoran
ut ad b
dum pr

I

Temp
de balne
scribam

Rustic
fuisse et
mus aeta
erant, hi
solis aesi
halatione
febris, u
vulnis, q
monente
a vallibus
zephyris
lege recu
borum p
gentes a
urbes co
luis, a l
ctum est
auctorita
ministran
anno int
lis, liber
camporu
paterfami
vel ineur
tot labor
brevi die
rient, ve

Conspi
tatis can
negotii;

ctatione a
milias iu
aura deli
stientis fa
in horrea
sura Squ
rum snau
pomiferac
quum ad
rat, sene
etum sua
propius s
caeoperunt
diebus, q
pyra, so
nario, in
familias i
nabim in
fusis hier
sibi et rel
tae dum t
lis confer
rilibus li
pedagogi

(1) Cfr. r

ur, informen-
a conspirent;
mma, minor
il nobis sine
ELLI S. P.

IS ».

inam in Mo-
utanda sani-
civili» medi-
nedicina ve-
ognita. Eius
nauer in dia-
eam nempe
udini prospic-
eat, reipubli-
libus viribus
males recen-
is publicis a
tius ponderis
Lex. quae in
rariis aegro-
enim iure est
repti melius
res, ipsisque
bus, balneis,
x intermisso
super eorum
te diffundan-
od si ipso in
rem ambitum
m edita chia-
stuit, quo non
a erura, sed
do pares ser-
embra, etiam
blicis impen-
ossium fra-
que nova so-
instrumenta
stituta.

t morborum
estio propo-
so in labore
nec facilem
experiuntur.
s dubiis me-
ceat causam
ximam, etsi
simulatam.
ne plurimae
ontagia pel-
earnes recon-
cavenda se-
candis, de-
erimine, qui
s qui vitra

ue inservit,
n hominum
n dubia et
n expetunt,
sub Italis
civili medi-
antes potus,
im obtinent.

Huiusmodi est nova haec doctrina, quam colere hodie medicos oportet, quam plerique cives ignorant; cuius pretium tale est, eaque laus, ut ad bonum civile magis magisque firmandum praevalide conferat.

P. ALT.

DE RUSTICATIONE

Temporis opportunitas monet ut postquam de balneis diximus (1), aliquid de rusticatione scribamus.

Rusticandi morem in necessitate positum olim fuisse ereditus; nam si vetustissimas quaeraamus aetas, quot camporum aperta et patentia erant, hieme optime incolenda et colenda, haec solis aestu superveniente, insalubria fiebant exhalatione segnium aquarum, quae languores, febres, perniciесque gignebat deficientibus rivulis, quibus ante fluebant. Tunc, tamen, monente colonos, tentoriola in collum editiora a vallibus coepita sunt ferri, ut ventilarentur zephyris, certa ante meridiem et post meridiem lege recurrentibus, reficerentur vitali aere, morborum pestes a corporibus arcerentur. Mox ubi gentes a sparsis easis in oppida, in vicis, in urbes constituendas convenere, ut sese a belluis, a latronibus mutuo tuerentur auxilio, factum est ut, qui potiores essent ingenio, viribus, auctoritate, gratia, rei summam publicae administrandam suscepissent; qua cum toto fermè anno intra moenia distinerentur, (servis, famulis, liberisque suis colendorum concedita cura camporum), messium colligendarum in tempore paterfamilias optimum duceret illic se esse, ne vel incuria, vel male fida manu suorum, quae tot laboribus anno integro quaesita fuerant, brevi dierum spatio disperderentur, et pessum irent, vel potius, mitterentur.

Conspiribus igitur una necessitatibus utilitatis campestris et requiei humanae ab urbanis negotiis; tum coniurantibus et suadentibus deletione agrestium occupationum, quibus paterfamilias iuuentutem exercerent suam; pulmonibus aura delicioso; laetitia obstrepente circumgestientis familiae ex frugibus, quae comportarentur in horrea, certum alimentum hieme datura, aversura squallidam famem, tristem inopiam; ciborum suavitate recentiorum, quos hortus, venatio, pomiferae arbores, quas ipse, ipse, inquam, pater quum adolescentia virebat, sua manu plantaverat, senescenti, ita quippe sibi speraverat, frumentum suavissimum allaturas; suburbana, sive proprius sive longius essent, frequentari, coli caeperunt aestate integra et primis autumni diebus, quibus vindemiae fierent, nuces, mala, pyra, sorba, durabilioris uvae racemi in carnario, in horreo congregarentur. Adde matrem-familias rerum copia gaudentem, lanam et canabim inter famulas et villicas dividentem ut fusis hieme exercerent manus linteas et vestes sibi et reliquis paraturas, adde - maternum tacitae dum tentant gaudia pectus - non siccis oculis contemplantem servos et famulas liberis herilibus liberrime cursitantibus, et exsultantibus pedagogi supercilio liberatis blandientes certa-

(1) Cfr. num. sup.

tim; addē frequentia inter vicinos convivia mactatis pinguioribus ovibus, quae vel ad festos hosce saginabantur dies, vel desuetae foeti coquinis destinabantur; et quoniam matrifamiliae gaudium aliquid habet, quod per universam domum, fatto quo nescio, certo tamen, effunditur, summam habes causarum, quibus rusticatio primum necessitate suborta, mox utilitate ac delectatione patriareali frequentior fuit. Hinc et bonus nobis Horatius, negotia immenses urbis et rumores exosus, pulchre sibi canebat:

*O rus, quando ego te aspiciam, quandoque licet,
Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis,
Ducere sollicitae iucunda obliavia vitae?!*

Quae omnia ex libris eius fide magna scimus illum servasse quoties apud vernalis suos ad radices Lucretialis vitam agere posset, quo ab rure scribebat amico de se:

*post fanum putre Vacunae.....,
Me auga nunc reficit aelidis Diaentia rixis.
Quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus.*

Tunc mero, non fumoso Falerni et cerebroso, sed Sabino mitiori, ut ipse:

Vile potabis modicis Sabinum,

intra temperantiam tamen - modicis cymbiis - indulgebat; tunc genio se se totum credebat Apollineo; et mihi quidem rusticans in Sabiniis Horatius gratior et iucundior est Horatio in Tiburtinis urbem olentibus rusticante. Ecce? Quia scilicet auream priscorum temporum mediocritatem et simplicitatem instaurabat, illi similem, qua paterfamilias lentus in umbra... o mihi Vergilius carmen hoc adsis! -

*Ipse dies agitat festos, fususque per herbam,
Ignis ubi in medio et socii cratera coronant,
Te libans, Lenae, vocat.....
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,
Hanc Remus et frater; sic fortis Etruria crevit,
Scilicet, et rerum facta est pulcherrima Roma,
Septemque una sibi muro circumdedit arcus.
Ante etiam sceptrum Dictaei regis, et ante
Impia quam caesis gens est epulata iucencis,
Aureus hanc citam in terris Saturnus agebat.*

Mox, ubi opes accessere, rusticationibus addita commoda, iucundiores exstructae; atque, ubi divitiae increvere praedis, quas e victis victores domum retulerant, amplificata servis, ornata manubiis, tabulis, signis marmoreis et aeneis, bibliothecis, thermis rura fuerunt, villaque appellata, et illa surrexere portenta, quae sibi Lucullus Lucrinis ostreis celebrata, pavonibus Hortensius, gallinis albis Livia fecerunt; tunc Tusculanas delicias Cicero habuit, habuere Tiburtinas Tulliana gens, et Cassia, et sexenti ubique terrarum. Quae de suis Laurentinis Plinius, quae de Comensis, de Pompeianis, de Tusculanis, de Sublacensis, de Vetianis ad Sambuculum prope Empulum, et iuxta, de Anicianis, de Pisonianis, de Marianis, de Papianis ad Anienem, de Varianis, de Quintilianis, de Metellianis sentiendum sit non ego, sed rudera doceant, doceant tot simulaera reperta, doceant musiva opera omni arte polita, doceant columnae, capitella, coronamenta, doceat pretiosissimorum vis amplissima marmorum ibi effossa, et quae effodiuntur quotidie, ita ut Roma mihi tunc videatur extitisse in immenso

viridario, tale quippe tota ferme Italia facta erat, quasi gemma coruscans.

Atqui ubi a privatis Croesis res ad Augustos delata est, illa condita sunt, quae in Baianis, quae in Simbruiniis, quae in Nemorensibus, quae in Tiburtiniis, quae in Areinatio Caesares constituerunt Hadrianaea, Claudiiana, Neroniana fidem exsuperantia aurum, at fidem iubentia oculorum. Venientibus autem barbaris non vincendi, non dominandi, non praedandi cupiditate, sed rabie vastationis et subversionis imbutis, omnia incensa, diruta, fracta, eversa lacerimabili ruina sunt, et quae Persarum et Chaldaeorum hoc in genere magnificentiam superabant, aeternum prostrata, veribus, dumisque super germinantibus late, inter extintos carbones, humidosque cineres iacuerunt.

At italicis rebus pace opitulante, a decimo sexto ad XVIII saeculum rursus extruendarum villarum amor viros pecuniosos occupat, patritios arripit, nec ab ipsis abstinet regibus. Ita porro Burgesianum rus, et Panphilium in et Alba, aut ad Urbem; ita Iulii II extra Flaminiam portam operibus architecturae, sculpturae, picturae praestantissimis inclaruere, et Farnesium deliciae in Caprarolensi, et Gambariorum in Viterbiensi, et Astallenses ad Sambicum, et Publicolanae - Sanctaerucianae - ad Saxulum in Empolitano, et Gericomenses, et Estenses in Tiburtiniis apicem attigere profusis divitiis, profusis Musarum omnium portentis, quibus nec prisca, nec Versaiennis, nec Escurialensis, nec Satulanis, Casertenses hodie dicuntur, aliquid invidere iudicatae sunt. Suas habuerent et Pontifices in Vaticanis hortis, in Quirinali colle ad Pontificias aedes, Xysto et Paulo curantibus; at hae, quamquam iucundissimae visu et saluberrimae loco, tamen graviores loci sanitatem et auctoritate fuere rusticantium, quos et salus, et quae decenter iuvabant, licentia opificum et interdum procacitas, et voluptuosa vitae ratio minime prorsus decebant.


H. DE VECCHI PIERALICE.

LEONIS PP. XIII VITA RUSTICANA

A d complementum quasi et ad coronam rem, quas de rusticatione superioris memoravimus, placuit aliquid heic scribere et figuris illustrare de loco illo, quem Leo PP. XIII, ut requiem aestivo et autumnali tempore paulisper obtineret, in Vaticanis hortis rusticationis modo sibi constituit.

Nactus itaque praedium prope turrim, cui a Leone IV nomen, quippe Pontifex hic, ut Vaticanam basilicam a subitanis Saracenorum excursionibus populationibusque et Urbis partem illi proximam et adiacentem tueretur, moenia Urbis circum a Tiberi flumine iuxta molem Hadriani ad Ianiculum usque produxerat, Francisco Vespignano architeeto summam operis credidit, qui aedificiolum, « mediaevalis » castelli speciem praeferens excitavit ad turrim, pinnis coronavit, duasque hinc et inde minus prominentes in frontem, minasque eminentes in caelum alas addidit, in quibus locus Pontificis domesticis et ex officio et munere subsequen-

tibus esset. In solo, coquina et clavia duo pro famulis habentur; unicum superius tabulatum omne solius est ad usum Pontificis. Aula serieis per parietes ornata telis, viridi colore et auro intertextis, thronum habet ab Armenis Pontifici, iubilarem episcopatus sui annum feliciter agenti, dono datum. Binae hinc et inde portae cubiculo praebent aditum, ubi Pontifex dormiat; praebent oratorio, seu sacello domestico aditum, ubi altari, eo stylo, quem gothicum appellant, perfecto, aulaeum impendit pulcherrimam Deiparae effigiem ostentans. Altare integrum et quot exornant, Dioecesis Ratisbonensis, iubilaenum sacerdotale celebranti Pontifici gratulans obtulit. Proxima turris Leonina exedram rotundam praebet fornicem habentem inscriptum stellis prout sidera in emis Seitz eques, haec arte, dicitur, ut sidus Leonis mirabiliter coruscet, et electride satagente, lux quae a stellis diffunditur locum illuminet suavissime penitus. Atrebatica stromata, quae parietes celant, ex Belgio opere sunt, exemplaria chartis dante Seitz eodem, curante vero operam Comitissa De Merode in parthenicomio, quod in aree sua Vesterloensi molita est, ut puellis esset inde labor et luerum ex opere isto aulaeorum. Binae sunt fenestrae turri, quarum altera Pamphyliam villam ad austrum spectat, altera ad orientem Albanos tumulos atque Iucos et Montem Cavum super hosce eminentem. Tertia fenestra muro obcaecata est ad extra: spatium intus omne relictum est, quatuor quippe metris crassi sunt muri, ibique lectulus temporaneus est Pontifici paupantis, siquam diei horam elegerit. Simplex satis ubique supellectilium genus, ita ut T. Pomponii Attici redeat in memoriam domus, quam non luxuria sed mundities, non otiosa copia sed utilitas et opportunitas commendabant. Turris aliud latus aedificio nititur, in quo hospitium sunt pro nobilibus corporis custodibus, helvetieis vigilibus, famulis, et militibus loca circum praetoriano more tuentibus.



Leonis XIII vita rusticana.
Oratorium. (Photographice expressit F. DE FEDERICIS, Romae).

At in rusticatione ipsa non licet otioso esse Pontifici. Peractis, quae mane sacerdos in munere sunt, decima diei ante meridiem hora



Leonis XIII vita rusticana.
Aedium prospectus. (Photographice expresserunt Fr. ALINARI, Florentiae).

audit, quae sibi a secretis purpuratus refert de omni orbe terrarum; instantia quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Pareo refectus eibo, ut solet, dormitatiunculae interdum brevibus momentis concessis, quarta circiter post meridiem hora modo currū per hortos vehitur, modo pede singula inspecturus, quae ad cultum hortorum sunt, praesertim ad vineta, quae illuc, exigua quamvis, voluit excitata omnibus munita adminiculis, quae hodie celebrantur; nec minus interea cum sociis, quos interdum adhibet viros clarissimos et sapientissimos, de gravissimis agitat Ecclesiae rebus in hoc summo Christianae reipublicae tempore.

Haec Leonis XIII Pontifice innocens rusticatio; hoe interurbanum rus Leoninum.

H. P.

MARIAE STUART, SCOTORUM REGINAE, MYSTERIUM.

DE Mariae Stuart, Scotorum reginae, culpa atque crimine, quibus capite damnata est, apud Scotos Anglosque saepe adhuc disceptatur: vertitur autem praecipua quaestio, ut inquiratur utrum scripserit necone Maria litteras, quas in capsula illa celeberrima invenerunt repositas ac *lettres du coffret* dixerunt, unde praecipuum argumentum emieuit, quo rea maritalis caedis ipsa habita est. Rem nuper Andreas Lang pertractavit funditus, in libro superiori anno Londini edito, qui a Mariae Stuart mysterio inscriptus est (1).


Ex libro autem colligitur primum reginam iam cum in Scotiam e Gallia confugit ad suam

(1) ANDR. LANG, *The Mystery of Mary Stuart*. — London, 1901.

ipsius ruinam occurrisse; enarrat enim Brantome in *Vitis mulierum celebrarum* ipsam aegre admodum iter iniisse, cuius per tempus fletum numquam intermisit. Tunc enim Scotti romanae ecclesiae sacerdotes eiecerant, iisque dominabatur Ioannes Knox, qui oppida et urbes peragrabat, odium in romanum pontificem atque simul in ipsam reginam foveans quam maximum. Hunc ut oppugnaret, viros, qui sibi tutores essent, regina delegerat Murray fratrem suum, Lethington, quem a secretis renuntiaverat, Morton cancellarium; omnes vero perditissimis moribus atque ad omne scelus patrandum paratos, ut sua munera servarent atque augerent. His accesserunt Darnley, reginae maritus, qui successit brevi Bothwell, impavidus tamen, omniumque saltem apertissimus. Ipsa autem, *ut mulieribus ingenii est, dominum sibi anxie quaerens*, cuius manibus sese committeret regendam, licet ipsa esset virtute fortis, strenuoque animo valeret.

Primum itaque habuit dominatorem Murray fratrem, qui tamen eam passim aemulae eius Elisabeth prodebat. Cum autem Darnley maritus nullus animo et viribus esset, cumque ita Rizzii itali consiliis regina uteretur, foedam

inde incusationem passa, et Rizzium vidit, se eoram paene, Darnley opera necatum, qui nova semper molimina in eam parare contendit, quae perfidi consiliarii Murray atque Lethington referabant ad Mariae aures. Tandem ianuario mense an. MDLXVII. mulieri hi suaserunt ut curam corrigendi viri, quod a Deo quotidie implorabat, ipsis committeret, qui comitiorum suf-



Leonis XIII vita rusticana.
Cubiculum. (Photographice expressit F. DE FEDERICIS, Romae).

fragio probante itaque dedit vic catholice factione at simul regina duceretur domum eis post diebus v tur, quae deinde effinxere, ut reams prorsus evadunt; lerunt, vacuas om recognovit, atque oppugnat.

Litterae illae s ret. uti diximus decim, quae simu iudicium. Attamen ticitatem examina nes visi sunt, ut regibus Galliae atq derentur. Haec em



nister legato illi, qui datis litteris, in quibus « Haec documenta (Mariae) honorem la antequam quidquid necessarium ».

Ceterum Andreas nem litterarum sed planeque reperiit es corruptam. Neque ex supersunt, sed exem sedulo perpendantur interscriptis, alia san verbis proferunt. Ide de carminibus praestieus passim falsa at terae enim, sive car exarata, non eam tadicant, quae sit pro gua tamquam nativa studio et labore compa lapsusque, qui in iis mus turbato atque co adscribendos, haud ii

se; enarrat enim
mulierum celebre-
re admodum iter
opus fletum num-
er enim Scoti ro-
rdoles eiecerant,
annes Knox, qui
grabat, odium in
atque simul in
quam maximum.
viros, qui sibi
delegerat Murray
gton, quem a se-

fragio probante rem essent sustentaturi. Maria itaque dedit vietas manus; illi, ut Darnley, catholieae factionis quasi principem, amoverent, at simul reginam pellerent, suaserunt ut is duceretur domum Kirk O' Field, ubi paucis post diebus vir interfectus est. Omnia igitur, quae deinde incusatores et delatores eius effinxere, ut ream criminis evincerent, fabulosa prorsus evadunt: probationes enim quas attulerunt, vacuas omnes inanesque Lang scriptor reeognovit, atque contrariis argumentis strenue oppugnat.

Litterae illae supersunt, quae *lettres du cofret*, ut diximus, vocantur carminaque tredecim, quae simul cum iis adducta sunt in indicium. Attamen index nullus earum authenticitatem examinavit; quin etiam solliciti omnes visi sunt, ut illae ederentur in vulgo, ut regibus Galliae atque Iberiae, ut Pontifici ostenderentur. Haec enim suadebat Anglus admi-



mulier admittere, quae non anglice sed gallice cogitaret: anglicum enim dicendi modum non gallicum reddunt, etsi gallicis verbis scripta fuerint. Quapropter differre omnino apparent carmina in vinculis a regina exarata ab iis quae in capsula illa una cum litteris reperta sunt, pariterque litterae, quas ipsa sponte sua atque saepe serpsit, ab iis quae tamquam criminis documenta adducta fuere. Rem adnotaverat ipsa regina, cum ad selectos sibi patronos in iudicio scriberet viros esse scotos permultos, qui satis facili peritia gallie sermone uterentur. Erant reapse, subdit Lang, Scotti in reginae aula, qui gallicam linguam callebant, at qui ferme eam, post maternam anglicam, linguam dicerant; quare quisque ex iis si litteras gallico stilo scripsisset, legitimum illum sonum numquam reddidisset, quem mulier gallica in terra orta in auribus sponte acceperat.

A. COSTAGGINI.

aut secundum - id quod audacter dicimus - in imperio Austriaco-Hungarico haud reperitur.

Globus hic, cuius diameter est 1.4 metri, et eius superficies 6.2 metrorum quadratorum, iam anno MDCCCLX construi coepimus est. Internum eius spatium penitus meris orbibus ligneis per columellas inter se coniunctis compleatum est. Superficies seu velamentum globi ex laminis ligneis tenuibus consistit, et massa cretacea pumiceaque glutine coniuncta illinitur, levigatur et politur.

Prima difficultas conspecta est, quum globus meridiano et axi insereretur. Una ex parte inclinatio nimis magna, gravitatis momentum vitiosum erat. Tentata diverso modo reparacione vitii, in parte leviore lamina plumbea inserta, in parte opposita perforationibus adhibitis difficultas est superata, et globus in meridiano ferreo circum axem suum conformiter movetur intra annulum ligneum $1\frac{1}{2}$ centimetrorum la-



Leonis PP. XIII vita rusticana.
Aula, et exedra rotunda. (Photographie expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

nister legato illi, qui apud Lutetienses morabatur, datis litteris, in quibus haec inter cetera leguntur:

« Hae documenta, utilissima nobis ad eius (Mariae) honorem labefactandum evadunt, quod, antequam quidquid aggrediamur, maxime est necessarium ».

Ceterum Andreas ille Lang scribendi rationem litterarum sedulo penitusque exquisivit, planeque reperiit esse falsis interpolationibus corruptam. Neque enim authentica documenta supersunt, sed exemplaria, quae habemus, si sedulo perpendantur, reginae notas una cum interscriptis, alia sane manu, litterulis, atque verbis proferunt. Idemque de stilo dicendum, de carminibus praesertim, quae Wyzewa criticus passim falsa atque efficta existimat. Litterae enim, sive carmina, etsi Gallica lingua exarata, non eam tamen scribendi artem indicant, quae sit propria mulieris Gallica lingua tamquam nativa, minime vero tamquam studio et labore comparata, utentis. Errores enim lapsusque, qui in iis inveniuntur, etsi dederimus turbato atque commoto reginae animo esse adscribendos, haud ii sunt tamen, quos potuisset

EX MORAVIA

Opus « vere monachicum ».

ANNO MDCCCLXXVII diversis diurnorum pluribus laudatum est opus *Origines Cisterciensae*, auctore Dr. Janauschek, ex Ordine Cisterciensium Zwettlensis, quod criticus quidam vir, satyrico aliquantum pungens aculeo, opus doctissimum « vere monachicum » appellavit.

Huic operi in orbe litterarum et historiae ecclesiasticae, suo in genere aetate recentissima praestantissimo, aliud novum comparari potest « opus monachicum », quod partem geographiam et mechanicam in eo considerantibus non modo summae atque indefessae diligentiae, verum etiam ingeniosissimae inveniendi indolis clarissimum documentum et cacumen exhibit. Opus hoc, laude non minus, quam admiratione dignum, est globus ille terrestris, in bibliotheca monasterii Raigadensis Ordinis S. B. in Moravia spectando propositus, cui simile quidquam

titudine et 2 centimetrorum crassitudine. Globus cum annulo et meridiano nititur columnis quatuor ligneis, quae inter se transversis per cruce assereulis coniunctae et inferius rotulis ex orichaleo ad movendum instructae sunt. Quinta columna, ceteris quadruplo crassior, machinationem confinet, partem operis artificiosissimam, quam revelare invito auctore nefas esset.

Auctor et inventor operis fuit Adalbertus Slouk, Ordinis S. B. sacerdos Raigadensis. Difficillima operis pars erat terrarum mariumque situs delineatio atque depictio et machinationis ad movendum globum compositio. Columnae mediae, quoad opus erat, excavatae, inclusae sunt plures rotulae certis rationibus adaptatae et pertica cum spira movente coniunctae. Haec spira movens, quae attracta et intensa globi motum efficit, inferiori axis polo adnexa et capsulae inclusa, dum attrahendo intenditur, septem circumactiones admittit, quarum una sufficit ad globum per tres dies commovendum; igitur septem spirae huius circumactionibus, id est, plenis spirae viribus intensis globus per 21 dies continuos commovetur. Qui motus, quia regulari-

ter incedit, machinationis artificium perfectum manifestat. Spirae moventi proxime adhaeret rotula, in modum annuli ingeniose in eum finem addita, ut spira ipsa ne vehementissimo quidem ietu aut conuentiente impetu laedi frangive possit. Tota illa machinatio artificiose constructa novem rotulis constat.

Sed Sloukius, maiora intendens, needum inventione sua contentus, etiam anni dies et menses et terrae motum circum solem voluit illustrari. Hunc in finem altera machinatio addita, et superiori polo axis globi affixa est. Hic cernimus duos orbes numeris circumscriptos, quorum unus horas, alter dies et menses indicat. Supra hos est linea ecliptica, zodiacus, intra quem terra movetur, et cuius centrum sol est. Quae omnia conformi coniunctione cum globo duodecim rotulis ratione diversissima inter se connexis efficiuntur tam ingeniosa et exacta mensione, ut, ex quo globus ille moveatur, nulla unquam temporis aut signorum intercidat differentia. Itaque superne in hoc globo eodem tempore et loci, ubi globus proponitur, et omnium locorum infra 34° longitudinis et 49° latitudinis iacentium vere convenientis tempus, item menses et dies, et denique etiam sidus zodiaci, in quo sol tum moveret, legere licet. Annulus ligneus, globum circumdans, qui in globis venalibus plerumque zodiacum reprezentat, in nostro globo in duodecim diurnas et nocturnas horas divisus inservit, ut modo simplicissimo aequa et ingeniosissimo illico determinari possit, quam diei no-

15] FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

LX. — PISCICULUS ET PISCATOR.

*Pisciculus erescet, tacite labentibus annis,
Annos si dederit qui dedit esse, Deus.
At parvum, quo succrescat, dimittere praedam
Noli, si supias: num redditura tibi?
Fluminis ad ripam piscator miserat hamum;
Haesit in extremo rimine tinea levis:
— « Ex granis fit acerbus — ait piscator — in ibis
Primula tu peram, tinca minuta, meam:
Sperataeque mihi sunt haec praeludia coenae».
Flectere sic tentat tinea misella virum:
— « In me quid reperis quod edas? Exilis ofellae
Tota ministrabo vix ego dimidium.
Especta, grandem donec me fecerit aetas;
Rursus tum veniam praeda parata tibi,
Ac tibi pingue feram lucrum vel pinguis ferela.
Contra, si capias nunc mihi mille pares,
Mille pares patinam tibi vix implebitus unam.
Satque breuem, quae vix unius assis erit».
— « Unius assis erit? Sit plane res ita; sed tu,
Tinea loqua, poteras more tacere tuo.
Surdo namque canis; crepitantem, sole cadente,
Undis pro liquidis, experiere focum».
Ne, spe maioris lucri, collecta lucella
Abice; prae dubiis, praemia certa tene.*

LXI. — LEPORIS AURICULAE.

*Bellua nescio quae rulnus cornuta leoni
Intulerat: rugit, bile calente, leo:
qui, similes iterum ne plagas, seeptrifer ipse
Accipiat, latu sic sibi lege caret:
— « Mandamus nostris excedant protinus oris
Quotquot eunt pecudes vertice cornigero».*

etisve horam locus in terrae superficie ad libitum desideratus habeat, ad quod negotium id solum requiritur, ut eius loci longitudo geographicā in globo legatur.

Viris rei gnaris, globi nostri machinationem considerantibus, procul dubio patebit, sacerdotem nostrum ingeniosissime invenisse atque construxisse opus, nullo usquam opere simili superatum. Quod si inveniendi indolem manifestat, profecto altera ex parte tabulae geographicae diligentissime et elegantissime descriptae, nihil eorum, quae novissime detecta sunt, negligentes, non minus indefessae industriae, quam invendendi artificis ingenii testimonium praebent.

Tota globi superficies consistit 290 tabulis geographicis inter se conglutinatis, et lacca obductis, ne aëris intemperie laedi umquam possint. Ut denique, quidquid machinationem et iustum globi motum turbare possit, praecaveatur, globus circum annulum ligneum clathris artificiose confectis instructus est.

Hac ratione post quindecim annorum conatus atque labores opus « monachicum » feliciter confectum indicantibus quibusvis rerumque gnaris in bibliotheca Raigradensi spectandum proponitur, quod nemo spectantium sine comprobatione relinquet.

Scrib. Raigradii, Idibus Iuliis a. MCMII.

MAURUS KINTER.

Nulla tanta humilitas est, quae dulcedine gloriae non tangatur.

VAL. MAX. lib. 4.

*Nec mora: iam cerri patriam damaeque relinquunt;
Migrat bos, aries; ipsa capella fugit.
Haec dum turba petit nora regna, lepusculus umbram
Cernit, quam geminis porrigit auriculis.
Has veritus, longae quod sint, ne censor iniquus
Arguat arrectas cornibus esse pares:
— « Discedo — dixit — vicine rale mihi grylle;
Auritus cum sim, corniger ipse ferar.
Ac breviore licet, quam struthio, nascerer aure,
Iam nequeo racuum pectus habere metu».
Subridens gryllos: — « Mihi tu quid cornua cantas?
Mollibus ornarit te Deus auriculis».
At lepus insistit: — « Sie est, cornutus habebor,
Frater et immis rhinocerotis ero.
Frustra testabor Superos: non audiar ulli,
Anticyra dignus dicar et helleboro» (1).*

LXII. — VULPES CUI CAUDA ABSISSA.

*Vulpes, pullorum clades leporumque rorago,
Aetas cui senior, mensque referta dolis,
Iam famosa suis longe lateque rapinis,
Caecis in laqueis denique capta fuit.
Hinc tamen exasit, quamquam non integra: pignus
Captori caudam liquebat illa suam.
Libera iam rulpes, membro licet orba decoro,
Dedecoris socias querit habere sui.
Ergo in concilium vulpina gente vocata;
— « Quid nos — gavit — onus pensile, cauda invat?
Verrit humum, sordes relegens ubicunque riarum.
Credite mi, sociae, syrmata restra cadant».
Iunior huic: — « Dictum bene, sed response priusquam
Dentur nostra, relis reverte terga, soror».
Irrisit multilam clamoris turba cachinnis,
Voxque perorantis tecta fragore fuit.
Vulpibus haud placuit nativum ponere ritum,
Mos antiquus ad hunc perstitit usque diem.*

(1) Est Anticyra maris Aegei insula, ad quam, utpote helleboro feracem, Graeci mente captos mittabant. Hinc ritum illud: *Navigat Anticyram*.

DE "SYMBOLISMO",⁽¹⁾

III.

